



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Ivan Conf. 24. Iunij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

S. IVAN CONF. 24. Iunij.

**M**Indis multi à celo aberrarent, si ducem bonum Angelum suum sequerentur. Secutus hunc præuentem IVAN Regis Dalmatiæ filius, ne salutatis quidem parentibus, anno LVII. supra DCCC. in Bohemiæ silvas venit, & in his speluncam patriæ aulæ antehabuit. Cùm verò locum eum infestum à malis dæmonibus deserere pararet, obvius CH RISTI Prodromus Ioannes cedenti animos addidit, & cruce datâ armavit. Hæc itaque signa ubi iterum in hostem vertit, victoriam illi eripuit, & quia maternas delicias aspernatus erat, nutricem De vs cervam submisit, à cuius latte & ambrosiâ celo depluente satur, facilè ex amictu matris ubera delevit. Cæterum in piis latebras tandem Borivojus Bohemorum Dux devenit, ducem cervam, quam dixinus, secutus, telo trajectam. Multum igitur latus tam felici venatione, hortatu Lüdmillæ conjugis lectissimæ matronæ, Tenuam arcem suam abduxit IVANEM. Sed hic exofus auias, non multò post in spelæum suum iterum concessit, ubi posteaquā annos II. & XL. egit, tandem iubens aliquando exivit ad anlam, sed cælestem illam, & in quâ nulli magis, quā silvicolam istiusmodi mores probantur. Ex Nicola o Salio.

Dole, quia Creatorem offendisti, cuius legem celestia & terrestria, preter te, indefessa statione conservant; & in tantâ Republicâ Dei tu solus peregrinus es, & Imperatoria Majestatis decretâ non servas. S. Pet. Dam. serm. de S. And.

S. GAL.